Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26114
Copyright: Admont, Benediktinerstift





rando peris. an sperando? Quis quis desperando peris. hoc dicis in a
nima tua? iniquitas mea super me est. in peccatis meis contabes
co. quae mihi spes est uiuendi? Audi prophetam dicentem. Holo mor
tem impii? tantum reuertatur impius a uia pessima et uiuat. Sperando
peris. Quid est sperando peris? Hoc est dicis in animo tuo. Bonus est deus.
misericors est deus. ignoscit omnia. non reddet mala pro malis. Audi
apostolum dicentem. Ignoras quia patientia dei te ad penitentiam
adducit? Quid ergo restat? Quia si optinuimus apud te aliquid.
si intrauit in cor quod dixi. uideo quid mihi respondeat? Verum est
nec despero? ut desperando peream. nec spero male. ut sperando pe
ream. non mihi dico. iniquitas mea super me est. iam nullam spem habeo. nec
illud mihi dico. bonus est deus. nemini reddet mala. nec illud dico.
nec illud dico. premit me, propheta premit me apostolus. Et quid dicis?
Adhuc modicum tempus uiuam. quomodo uolo. Isti sunt qui nos fatigant?
plurimi sunt molesti sunt. Adhuc modicum tempus uiuam quomodo uolo.
postea quando me correxero utique uerum est quod dixit propheta. Holo mor
tem impii. tantum reuertatur impius a uia sua pessima et uiuat. Quando
conuersus fuero? delebit omnia. Quare non addo aliquid uoluptatibus
meis. et uiuo quomodo uolo. postea me conuersurus ad deum? Quare hoc
dicis frater? Quare? Quia promisit deus indulgentiam. si me muta
uero. Video. scio. promisit deus indulgentiam per scientiam prophetam. hanc pro
mittit. et per me minimum seruum suum promittit. uerum est quod promit
tit? hanc promisit per unicum suum. Sed quid uis addere dies malos.
diebus malis? Sufficiat diei malicia sua. Malus dies hesternus.
malus et hodiernus. malus et crastinus. An putas bonos esse